



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Ecclesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S Ludovicus Rex S. Genesius M. S Hunegundis V. 25. Aug.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44934

S Ludovicus Rex S. Genesius M.
S Hunegundis V. 25. Aug.



Opera caritatis.

Quis quis vult alterum prævenire
regnando , prius illum præueniat ob-
sequendo.Amb.

Deus qui B Ludovicum Conf tuum
(B. Genesium M B Hunegundē V T.)
à terrenis ad cælestis regni gloriā trāf-
tulisti : cius quæsumus intercessione
& meritis Regis Regum Iesu Chri-
sti F.tui facias nos esse confortes, per
eundem &c.

Orā pro Regibus Christianis &

1. S. Ludovicus Rex Galliæ alterius
Ludoviци Regis, Hæreticorum apud
Tolosates domitoris, filius A. 1227.
parenti successit 12 annos natus, om-
nesq; Regis & sancti viri partes ex-
pleuit, in Terram S etiam armis pro-
latiſ altera vice , Is est Regiæ apud
Pariſios capellæ dignissimis reliquijs
celebratæ author.

2. S. Genesius Mimus cum Comœ-
dias & risum daret de sacris Christia-
norum cæremonijs baptismi, ludicro
in verum mutatus Christianum , fi-
dem serio professus Serio iussu Imp.
gladio vitam absoluit.

3. S. Hunegundis V. Nobili origine
Veromanduorum , invita desponsa,
sponso suo persuasit , vt secum pere-
grinaretur Romam. Ipsa Romæ vela-
men sacrum de Papa manu assumens
terrenum cælesti sponso mutauit, &
illi in finem adhæsit.